RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich, 12. Jh. Seite 23r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26099
Copyright: Admont, Benediktinerstift



romano tumultuabant & uociferabant. confidentes ut
hystorie tradunt. quod nunquam toleraret deus priuari se illo pul
chro templo. illo pulchro & aureo scuario. Cui uanitatis
respectu nota quam acute. quam mordacit cum premissum esset. &
tulerunt inde archam federis domini exercituum. continuo sub
iunctum est. sedentis super cherubyn. Hoc quippe non pro suo sensu.
sed pro illorum notabili uanitate scriptura dixit. Quid enim stulti & uani.
Nunquid super illos cherubyn quos fecit MOYSES. immo quod besele
hel ille faber cum socio suo ooliab fudit aut fabricauit sede
bat dominus exercituum captus uel delectatus pulchritudine auri. & non
potius super homines uel super sanctos angelos sedet plenos scientia
dei secundum nomen cherubyn. Igitur eadem hic & illic uanitate de
cepti sunt. dum pro aureis celestis scuarii simulachris diuinum sibi quasi
debitum arrogant adiutorium. Vnde & falsi sunt metando castra
iuxta lapidem. postea dictum lapidem adiutorii. Nam & tunc presagio suo
frustrati sunt. & nunc eius lapidis non habuere adiutorium quem in
malum sibimetipsis reprobauerunt. iuxta quod scriptura dicit. lapidem quem
reprobauerunt. e. h. f. est. in. c. anguli. Et tunc quidem sacerdotis unius
hely domus una concidit. ipso quoque corruente. fractisque cerui
cibus moriente. nunc autem tota gens captiuata est. tota ciuitas cum
templo illo funditus in fauillas dispersit. sacerdotio quoque illo ca
dente. suumque obprobrium per omnes gentes circumferente. quia pollu
tum. sordidatum. immo & enectum est eodem quo uiuimus. quo redemp
ti & emundati sumus nos credentes xpi sanguine. xvi.
Sed & archa dei capta est. Vt iam euglicam legis prosequamur in
telligentiam. eisdem romanorum armis. eisdem imperatorum gladi
is quibus ille populus obsessus. concisus & in omnes gentes captiuus
ductus est. eisdem inquam ecclesia dei que est corpus xpi capta. & ab eis
dem persecutionem passa est. Pandamus glosi uela nauigii. & cur
sum percurramus intelligentie spiritalis. Phylistium autem tulerunt Cap. 5.
archa dei. & asportauerunt eam a lapide adiutorii in ahotum.
Tulerunt phylistium archam dei. & intulerunt eam in templum